



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XLVI. Markgraf Otto bezeugt, daß die Gebrüder von Alim dem Kloster
Chorin drei Lehnhufen auf der Feldmark des Dorfes Parstein verkauft
haben, am 14. März 1308

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Landisbergenses et Lufatie Marchiones, recognoscimus et ad vniuersorum cristi fidelium noticiam tenore presentium volumus peruenire, quod Cenobio Chorinensi Ordinis Cytercienfis et fratribus inibi Deo famulantibus duas Slauales villas, quarum nomina sunt hec, videlicet Lypa inferior et Lypa superior, cum suis agris, cultis et incultis, et cum suis antiquis terminis, paludibus, stagnis, fluuiis, lacubus, riulis, piscationibus, pratis et pascuis, lignis, nemoribus ac ceteris vtilitatibus ex ipsis prouenientibus cum tota merica, in qua site sunt eodem et cenobium, pari modo, quemadmodum ipsas ab antiquo possedimus, dedimus et damus cum omni libertate et proprietate possidendas iugiter et habendas, Renunciantes simpliciter omni iuri, quod in predictis villis hucusque habuisse dinoscimur, ita quod omnino nichil juris, actionis, precarie, iurisdictionis, seruicij aut aliquid talium nobis seu nostris heredibus legitimis vel successoribus de cetero competere possit vel debeat in eisdem. Sed ipsas cum omni iudicio tam maiori quam minori et suis distinctionibus, prout est premissum, ad predicti claustrum fratres volumus remoto impedimento quolibet pertinere. Insuper etiam volumus, ne aliquis nostrorum Advocatorum, Scultetorum, Bodellorum aut Officialium in terminis villarum predictarum et distinctionibus, per nostros fideles Ludekinum de Arnesdorpp, Annam de Margreuedorpp et Nicolaum de Leyne ipsi fratribus de nostro commisso distinctis et demonstrando assignatis, Castra, pontes vel aliquid talium, quod in predictorum fratrum possit vergere detrimentum, construere nostro nomine audeat seu presumat. Ne igitur super huiusmodi facto per nos ordinato cuiquam in posterum dubium oriatur, presentes litteras super hoc confectas in evidens testimonium et firmitatis robur scribi fecimus et nostrorum sigillorum appentionibus communiri. Testes vero huius facti sunt nostri fideles Conradus de Redere, Ludoko de Wedele, Henricus de Stegeliz, nostre curie Dapifer, Henningus de Blankenborg, Gryfeko, Anselmus de Blankenborg, Theodoricus de Kerkowe, milites, et quam plures alii fidei testimonio decorati. Actum et Datum Prenzlawe, Anno domini M^o. CCC^o. VIII^o., in die Sancti Gregorii, per manum Euerhardi, nostre curie Notarii.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XLVI. Markgraf Otto bezeugt, daß die Gebrüder von Alim dem Kloster Chorin drei Lehnhufen auf der Feldmark des Dorfes Parstein verkauft haben, am 14. März 1308.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis, Landesberg et Lufatie Marchio, recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod Anno Domini Millesimo trecentesimo octavo, in quinta feria proxima post festum B. Gregorii Harnidus, de Alem dictus, in nostra nostrorumque discretorum Consiliariorum, videlicet Conradi de Redere, Ludolfi de Wedele, Henrici de Stegeliz, nostre curie Dapiferi, et aliorum quam plurium nobis fidelium presentia constitutus assertiue retulit sibi et suis Germanis Ottoni, Wessokino et Bodoni, etiam de Alem vocatis, tres mansos pheudi in campis agrorum ville Parsten sitos, quos ab eodem Harnido honorabilis vir Dns. Abbas in Chorin emendo rationabiliter contraxit, ab eodem Abbate et suo Conuentu esse penitus persolutos, propter quod de cetero predictis de Alem prorsus nulla facultas repetendi solutionem predictorum mansorum esse poterit nec debeat. In cuius rei testimonium

presentes literas nostri sigilli robore duximus sigillandas. Datum in Angermunde, V. feria supra-scripta et sub annis prenotatis.

Nach Gercken's Cod. II, 449.

XLVII. Die Ritter Gerhard von Falkenberg, Henning von Buntfeld u. A. bekunden, daß Albero von Oderberg seine Fischerei im See Parstein dem Kloster Chorin verkauft hat, am 7. Mai 1309.

Res gesta in litteris scribitur, ne per obliuionem temporis articulo deleatur et quod auctoritate veterum confirmatur per litterarum continentiam ad memoriam revertatur. Hinc est quod nos Gerardus, dictus de Valkenberch, et Henningus, dictus de Buntuelt, milites, et Henricus, dictus de Ribou, Theodericus, dictus de Oderberch, et Henricus, filius Alberonis, recognoscimus et tenore presentium protestamur, Quod Albero, dictus de Oderberch, in presentia nostra et aliorum plurimorum fatebatur, se vendidisse cum consensu omnium heredum suorum ecclesie Chorinenfi piscaturam, quam videbatur habuisse in stagno predictae ecclesie, quod vulgari-ter Parstein nominatur, cum omni jure, quod habuit in eodem. In cuius rei euidentis testimonium presentem paginam conscribi fecimus et sigillorum nostrorum firmavimus monumento. Datum anno domini M^o. CCC^o. IX^o., in vigilia ascensionis Domini gloriose.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerckens Cod. II, 450.

Anm. Die Urkunde ist nur von Gerhard von Falkenberg mit einem drei Rundstücke, und von Henning v. Buntfeld mit einem drei Schwerter im Schilde enthaltendem Siegel besiegelt worden.

XLVIII. Heinrich, Bischof von Camin, bestätigt dem Kloster Chorin die Zehnthebung von 120 Hufen bei den Dörfern Sädicendorf und Woltersdorf, im Jahre 1311.

Nos hinricus, dei gracia Caminenfis Ecclesie Episcopus, tenore presentium protestamur, quod priuilegium predecessoris nostri venerabilis patris ac domini Wilhelmi Caminenfis Ecclesie quondam Episcopi et sui conuentus super quadam decima ab abbate domino Brunone Ecclesie Corinenfis recepimus anno domini M^o. CCC^o. XI^o. in hec verba: In nomine sancte et indiuidue trinitatis Wilhelmus dei gracia Caminenfis Ecclesie Episcopus etc. (Urk. v. J. 1248, B. X, S. 204). Item protestamur, quod eodem tempore priuilegium predecessoris nostri venerabilis patris ac domini Hermanni Caminenfis Ecclesie quondam Episcopi ab eodem abbate recepimus in hec verba: Cum igitur fratres floreat priuilegio muniti et vt memoria nostri sedulius apud ip-
sos habeatur, de donatione pretaxata fratrum Leninenfium nos de auctoritate nostra et consensu capituli Leninenfis Claustro in Paliz fratribusque ibidem deo famulantibus, cum de gremio vnus sint Ecclesie decimam centum et viginti mansorum in villa godekenfdorp et wolterfdorp in supra nominato territorio iacentium confirmauimus. Vt igitur hec nostra donacio perpetuis tempo-